Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

conferto, instantes Illyrii in Mare proximum
impulere. Alios in Colles confugientes insequuntur
reduntque. Item tam magnum ex ceteris hostibus
numerum obtruncat: quem ex finitimis Ciuitatibus
agris que congerat, ut e tuto loco spectari po-
ssent. Niger nobili Equo mortuus cum paucis
aufugit. Antiochiam ingreditur: ut fugientem
populum retineret: siquis luctum et planctum
in urbe filios fratres que deplorantium reliquisset.
Ipse quoque desperatis rebus Antiochia aufugit: et
in suburbano delitit. Mox ab insequentibus Equi-
tibus inuentus capitis que capite obtruncatur. Tali
morte Niger usus est: ac grauitate et celeritatis
sue penas dedit. Preterea ut aiunt: neque in pu-
nitate uita vir Malus et hostis. Se-
uerus sublato Nigro, Amicos eius: siqui non solum
sponte: sed metuo ei adhesissent: in omnes ceu
deditos animaduertit. Milites quoque profugam:
quos Tigridem fluuium transisse: et per Seuci-
timore ad barbaros secessisse audiuerat, omnes
data iniuriarum oblitione reduxit. Magnus

Illyrij.

Niger.

Antiochia.

Mors Nigri.